



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

18. De Imperatoribus Constantinopolitanis, Andronico iuniore & seniore, quomodo senior Andronicus clamore hosti[um] percussus, coram imagine Deiparæ virginis prouolutus, mox præsentem virginis opem ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

desiderabat. Atque ut certior constaret
 apparitioni, eadem virgo Liberio Pontif. Ma-
 xim. nocte adstitit, & similia monita repetiit
 magno miraculo statim subsequente. Erant
 in maximis illis caloribus, qui ardente can-
 la urbem infestare solent, nix copiosa & pro-
 fus intempestiva cecidit, partemque collis
 quilini contexit simulque locum ad stru-
 ram noui templi commodum demonstrauit.
 Atque hoc felix illius Ecclesie principium
 fuit, quæ cæteris omnibus sub Mariæ nomi-
 Romæ conditis præstat, & sanctæ Mariæ ma-
 ioris titulo in hunc vsq; diem decoratur. Non
 opus est hanc apparitionem ab Antonino
 lijsq; confirmatam ostendere, quam vniuersa
 ria festi celebratio, à nunc nomen accipit,
 totq; retinens sæculis, luculenter comprobat.
Nicephorus Gregoras libr. 9. hist. Roman. & P-
rius Canisius libro citato cap. 22. De Imperator-
bus Constantinopolitanis Andronico iunioris &
seniore, quomodo senior Andronicus clamore ho-
stium percussus, coram imagine Deiparæ virgi-
nis peruoluit, mox præsentem virginis opem per-
senferit.

CAP. XVIII.

QVVM iunior Andronicus, ut erat
 ambitiosus, nocte per insidias Const-
 tinopolim occupasset, in magnos angores
 uum ipsum, qui senior Andronicus diceba-
 tur, venerandum certè senem, hac regni aff-
 ctione

atione, & insperata urbis occupatione conie-
 cit. Qui ausu cum aduentantium hostium tumu-
 lum & clamorem præter expectationem no-
 tasset, de lecto prosiliit perturbatissimus,
 præsertim quod nec duces, nec milites ad de-
 fensionem parati adessent, ac ipse humana quidem
 opem se profus destitutum cerneret. Habebat
 autem in Palatio secum eam, quam dixi Dei-
 paræ imaginem, ad quam in tanto discrimine
 sibi confugiendum putauit, ut optatam & ne-
 cessariam opem per Mariæ patrociniū diui-
 nitus impetraret. Itaque coram hac ipsa ima-
 gine tunc humi prostratus, magnaque fiducia
 vultu ardentem cum lachrymis obtestari pergit;
 ne virgo mater periclitantem se deserat, nouum
 preciorum eusibus miserum obiici sinat. Nec
 vana fuit obtestatio, sed subitam opem virgo
 attulit, ut omni metu, & periculo senior An-
 dronicus liberaretur, suumque nepotem contra
 spem valde humanum statim experiretur. Is li-
 cet noua victoria elatus esset, tamen cum pri-
 mum in palatium ingrederetur, religione com-
 motus, quoniam venerabilem Dei genitricis
 imaginem adesse cognouit, hanc imprimis ve-
 neraturus accessit. De hoc eodem Andronico
 seniore idem Nicephorus Gregoras refert lib.
 9. quod cum imminente sibi propter frigidum
 & restaceorum usum morte, propter in-
 tempestiā noctem neminem reperiret, qui sibi di-
 uina mysteria impertiretur, omnibus circa pa-
 latium

latium portis clausis: surrexit, & gratias
Deo, & pro salute animi sui, cum multo
chrymis & genu flexionibus deprecatus est.
Deinde sacram Dei genitricis imaginem, quam
in sinu gestabat, loco diuinorum mysteriorum
in os interuit, cumq; in lecto confedisset,
usquam diluxisset, est defunctus.

*Petrus Canisius ibidem ex Sigonio & alijs hystorico
de imagine B. virginis per Lucam Euangelistam
depicta, eademq; iussu Gregorij Magni Romae
supplicatione circumgestata, miraculo saepe libe-
ratione subsecuta.*

CAP. XIX.

Gregorius cum saeuissima pestis Roma
accederet, ac multae simul aliae calamitates
supplicationem instituit, & virginis Dei gen-
tricis imaginem in publicum effertur curam
piamque circumgestionem. Deus praesentem
miraculo comprobauit. Etenim quacumque
ferretur imago pestilentis caeli grauitas depul-
sa, & optata salubritas in vrbe consecuta est.
Vbi gratulantibus omnibus Deo, ecce ibi
angelus, qui sanctam virginem his uocibus ce-
lo alloqueretur: Regina caeli latere, alleluia.
Quia quem meruisti portare, alleluia. Recu-
ravit, sicut dixit, alleluia. Quam orationem
simulatque Gregorius coram audiuit, diuini
spiritu statim excitatus, eam in hunc modum
expleuit: Ora pro nobis Deum, alleluia. Qui